



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Ex Festis Septembris.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

O Domina mea, sancta Maria, me in tuam benedictam fidem ac singularem custodiam, & in signum misericordiae tuae, hodie & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam & corpus meum tibi commendo: omnem spem meam & consolationem meam, omnes angustias & miseras meas, vitam & finem vitae meae tibi committo: ut per tuam sanctissimam intercessionem, & per tua merita omnia mea dirigantur & disponantur opera secundum tuam cuique Filii voluntatem. Amen.

Ex Festis Septembris.

Sancta Maria nascens impetra, ut per bonam mortem nascat caelo, & hunc in finem bonum habeam assistentem Patrem spiritualem, & ego ejus salutaribus monitis quoad omnia morem geram.

S. Michael Archangele, & S. Hieronyme impetrate mihi pro felici morte verum spiritum orationis.

Hora 3tia Pomeridiana.

O Maria Dei Genitrix & Virgo gratiosa, omnium desolatorum ad te clamantium consolatrix vera, per illud magnum gaudium, quo affecta es, quando cognovisti Dominum nostrum JESUM Christum die tertiâ a mortuis surrexisse. Sis consolatrix animae meae, & apud eundem tuum & Dei natum unigenitum, quando cum corpore & anima resurrecturus, & de singulis meis factis rationem redditurus sum in die novissimo, intercede; ut perpetuae damnationis